



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Macherentini Societatis Iesv Theologi,  
Explanatio Catechismi Catholici**

**Macherentinus, Johannes**

**Colon., 1612**

De ijs qui permittunt liberos suos morari apud hæreticos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39397**

27. Beneficiati, & clerici ordinibus sacris constituti, si omittunt horam, aut horas canonicas, aut voluntariè distrahuntur, peccant mortaliter: Beneficiati insuper tenentur ad perceptorum fructuum aliquam contributionem.

## X I I I I.

## C O N T R A Q V A R T V M P R A C E P T V M.

1. P Ræceptoribus, Magistris, Dominis, Patribus ac Matribus familias, ac alijs superioribus immorigerum esse.

2. Debitum illis honorem debitamque reuerentiam non deferre.

3. Illos contemnere, obloqui illis, audire libenter cum de illis mala dicuntur.

4. Neque fideles, neque gratos nos ijs exhibere, nec cum possumus & ipsi indigent, pro virili nostra illis subuenire.

5. Illos contristare, prouocare ad iram, obmurmurare, durè ac contumeliosè respondere, maledicere, irridere, diris denunciatur.

*Matt. 13.* 6. Pro ipsis & benefactoribus cæteris, dum viuunt aut defuncti sunt, Dominum non deprecari.

7. Bonas ipsorum contemnere admodum & correptiones, easq; ferre grauitate.

8. Pt.

8. Parentibus, fratribus, ac consanguineis  
in necessitate constitutis non ferre opem.

Est haec crudelis immanitas quædam, quæ  
debitam non effugiet poenam, sicuti & illa  
quæ sequuntur.

9. Vxorem, liberos ac familiam male tra-  
ctare.

10. Non bene præesse domui suæ, nec suæ  
fidei commissos bene gubernare.

11. Grauissimè hac in re delinquunt paren-  
tes, verius dixerim peremptores, qui na-  
turæ ac diuinæ legis, imò & officij sui pa-  
ternæque sollicitudinis oblii, suis indul-  
gent, ut opificij discendi exercendiū aut fa-  
mulandi gratia, eò profiscantur, vbi fides  
Catholica ac pietas omnis exulat, & horum  
loco hæreses ac falsa doctrina obtruduntur  
excenturque. Fiunt huiusmodi parentes  
& curatores perniciosa sua licentia, non tan-  
tum scelerum, in quæ suæ fidei creditos,  
ruere necesse est, qualia sunt sacrorum ieiun-  
iorum, ac feriarum impia ac petulās profa-  
natio, & nonnunquam hæreses, ipsi parti-  
cipes: verum etiam, quantum in ipsis est,  
patriæ suæ extremam accersunt perniciem.  
Quæ enim huiusmodi à reprobis didicerūt,  
ad suos reuersi vicinos, amicos & familiares  
sceleratè docent: vt potè sacramenta nihili  
ducere, ridere peregrinationes ac precarias  
statio-

stationes, festa ac stata ieunia contemnere, Ecclesiæ præcepta, ac iussa superiorum, prærui facere, hæresibus primum ac superflui-  
nibus, & demum huius temporis & aeternis  
futuri sæculi malis amplissimam fenestram  
aperire.

11. Per ingratitudinem beneficium accep-  
tum contemnere, non agnoscere, obliuisci  
beneficium aut benefactorem.

12. Non habere animum retribuendi, aut  
pro beneficijs mala rependere.

13. Demortuorum fraudare extremam  
voluntatem, aut non tempestiuè exequi.

14. Erga egenos immisericordem esse.

## X V.

**A**Deuitandam diuinæ maiestatis indi-  
gnationem, & quæ eam sequuntur, z-  
ternas pœnas ; necesse est, vt diuites qui-  
quid ex facultatibus salua conditione status  
personæ quam gerunt, supereft, in pauperes  
distribuant, aut in vſus causasque pias, porro  
autem cum extrema necessitas vrget, non ea  
tantum, quæ saluo personæ statu redundare  
vident, sed etiam quæ ad suam cuique aut  
ſuorum ſuſtentationem minimè necessaria  
ſunt, ſub eadem interminatione elargina-  
ceſſum eſt. Sic enim apud B. Ioan legitimus  
ſi quis habuerit ſubſtantiam huius mundi & ri-  
derit fratrem ſuum neceſſitatem patientē, & clau-  
ſerit

Diuinitibus  
plus ſatis  
tenacibus  
ſremenda  
hæc ſunt,  
ſed vera  
nihilomi-  
nus.

1. Ioan. 3.